



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla LXXXIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

fiscus semper est deterioris conditionis quam priuatus. ut  
not. Odof. in l. p. C. de fund. patrimo. nu. 2. q. tu nota.

Fallit etiam lapsu quinquennio, quia facta denuncia-  
tione per creditores hæreditarios fiscus non potest mo-  
lestare, uel inquietare debitores. secundum Bar. in l. om-  
nibus. ff. de diuer. & tempo. perscript. & uide Egid. Boss. in  
tit. de fisco & priuileg. eius nu. 51. ubi late.

### REGVLA LXXXIII.

Locator an possit recedere a contractu, si conductor  
petit remissionem fieri ob damnum incursum in frugi-  
bus. Bal. qui nil ignorauit in l. licet. C. locat. tenet q. si  
conductor uult esse colonus partarius. locator non po-  
test inquietare conductores, & Ita sentit Egid. Boss. in tit.  
de remiss. merced. conduct. nu. 49. fol. 313.

Fallit hæc regula si ex forma statuti, uel constitutio-  
nis, uel pragmaticæ sanctionis, prouisum esset conducto-  
ribus terrarum, molendinorum, aut inquilinis circa dan-  
num occursum ui fluminis, uel iudicio Dei. in rebus con-  
ductis, pro ut considerat Corn. Perusinus concordando  
opin. doct. in consi. 128. uidetur primo aspectu col. 5. nu.  
9. uol. 2. q. not.

Fallit etiam quando communis hominum opinio iudi-  
cat annum de quo agitur non esse sterilem, uel quando  
fructus qui supersunt non ascendunt ad ualorem medie-  
tatis precii, quod soluit ipse conductor pro affictu, seu  
mercede petita. secundum Cor. consi. 128. nu. 9. col. 5. uo. 2.

### REGVLA LXXXV.

Locare rem suam quilibet potest cui uoluerit, nec pri-  
mus conductor potest impedire secundum iux. tex. in l. ne  
cui. C. locat. & ibi Bal. Ang. Saly. Bar. & Alber.

Fallit 1. in rebus & bonis fiscalibus, in quibus primus  
conductor omnibus aliis anteponitur conductoribus, si

G 4 tan-